UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

Rom, 1511

Consistorium Publicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70641

Visual Library

domini·n·Necnon Indictio de Indictione·n·in Indictionem·n· mutabantur ⁊ mutati ſunt·Quare etiam ab illa die incluſiue vſqꝫ ad craſtinā Epiphanie eiuſdem domini excluſiue non fuit tenta audientia cauſarum apoſtolica Necqꝫ ⁊c·vt infra·

Feſta Paſcalia.

Die Lune·xiiij·mēſis aprilis incepit ſeptimana ſancta Quare ab illa die Lune incluſiue ꝓpter feſta paſcalia vſqꝫ ad octauas paſce ſimiliter incluſiue non fuit tenta audientia cāꝝ apoſtolica·Necqꝫ reuerēdi patres dñi ſacri palatij apoſtolici cauſaꝝ auditores Rome apud ſanctum Petrum in palatio cauſarū apoſtolico in quo iura reddi ſolent mane hora audientie cauſaꝝ conſueta ad iura reddendum ⁊ cauſas audiendum in locis ſuis ſolitis ⁊ cōſuetis pro tribunali ſedebant nec aliquis ipſorum ſedebat·

Feſtū quare obmittitur audieñ.

Die Mercurij decimanona ſupradicti menſis Maij fuit feſtuꝫ ſancti yuonis confeſſoris ⁊ aduocati pauperū Quare illa die non fuit tenta audientia cauſarum apoſtolica·Necqꝫ Reuerendi patres ⁊c·vt ſupra· Simili modo fiat de feſtis aliorum ſanctorū ⁊ ſanctarum qui cadunt in diem audientie·

Conſiſtorium Publicum.

Die Lune ⁊c·fuit tentum ⁊ celebratum Conſiſtorium publicum propter Illuſtriſſimi ⁊ Sereniſſimi Principis domini Regis·n·Ambaſſiatores ⁊ Oratores qui in eodem conſiſtorio propoſuerunt ac obedientiam ⁊ reuerentiam debitam ⁊ conſuetam Sanctiſſimo domino noſtro pape preſtiterunt·Quare illa die ⁊c·

Indictio Vacantiaruꝫ ſiue feriarum generalium

Anno a natiuitate domini Milleſimo quingenteſimo vndecimo Indictione quartadecima die vero·n·menſis Julij pō·